DIE XXXI. JANUARII.

IN FESTO

S. CYRI MARTYRIS

Introitus

Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Psal. Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

℣. Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui Beatum Cyrum ex solitudine ad proximi salutem eductum Martyrii palma decorasti: da ut ejus precibus et exemplo, caducis contemptis, mundi adversitates jugi victoria superemus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime, Memor esto, Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos; ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cælesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

Graduale. Justus cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

℣. Tota die miseretur, et commodat: et semen ejus in benedictione erit. All. Allel.

℣. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ æternæ. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja, *et versu se-*

quenti, dicitur Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

℣. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

℣. Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; et occultum, quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt; et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offertorium. Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso: vitam petiit a te, et tribuisti ei. Alleluja.

Secreta

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: et ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cujus solemnitate defertur. Per Dominum.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: et ubi ego sum, illic et minister meus erit.

Postcommunio

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Cyro Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

: multis passeri-
s estis vos. Omnis
onfitebitur me co-
bus, confitebor et
oram Patre meo,
is est.

um. Posuisti, Do-
pite ejus coronam
pretioso: vitam
, et tribuisti ei.

Secreta

in conspectu tu
, nostra devotio
is fiat supplicatio
s, pro cujus so-
defertur. Per Do-

io. Qui mihi mi-
sequatur: et ubi
illic et minister

communio

ticipatione mun-
, quæsumus D-
oster: ut, cujus
ultum, interce
pro Martyre tuo
ectum. Per Do-

quenti, dicitur Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

℣. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

℣. Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; et occultum, quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt; et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offertorium. Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso: vitam petiit a te, et tribuisti ei. Alleluja.

Secreta

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: et ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cujus solemnitate defertur. Per Dominum.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: et ubi ego sum, illic et minister meus erit.

Postcommunio

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Cyro Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.